

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiae Majestatis
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

Cocceji, Samuel von

Lipsiae, 1766

LIB. III. TIT. VI. De Calumniatoribus.

urn:nbn:de:gbv:45:1-9044

RESP. Imo semper repetuntur, donec constet de animo dandi.

OBJ. (3) Quod in dubio ob odium secundarum nuptiarum magis favendum sit priviginis, *L. i. l. 2. l. 3. C. secund. nupt.*

RESP. Verum hoc est, si contra parentem ad secunda vota transuenient agatur: Non vero si contra vitricum, in cuius praedictum favor ille vergere nequit. Idque ita decidit *Struv. h. §. 54.* Atque communiter receptum esse testantur *Surd. de alim. tit. 6. q. n. n. 4. Carpz. p. 2. c. 10. def. 25. Coler. de alim. L. i. c. 4. n. 24. Fink. O. 10. Phil. Us. pr. Inst. L. 3. Et. 92. u. 6. Gloss. ad l. 15. C. N. g. ges.*

EXC. Nisi priviginus praefliterit servitia vitrico. *Carpz. d. l. def. 26. n. 2. Phil. d. l. n. 8.* Modo servitia fuerint aequalia. *Brunn. ad d. l. 15. C. Col. d. l. n. 26.* Alia de repetitione alimentorum vide apud *Muller. ad Struv. d. l.*

LIB. III. TIT. VI.

DE

CALUMNIATORIBUS.

QV. I. *An actionis hujus usus adhuc sit in foro?*

Laut. p. 74. verb. Hodie hac satione. RESP. Actio in quadruplum quidem (*Vid. l. i. h.*) hodie non amplius competit, quia actiones privatæ penitus hodie cessant: quod evidentissim rationibus, quæ a dissentientibus non tanguntur, probat *B. Par. Hyp. Inst. tit. de Act. §. 22.* Indeque tantum agitur ad id, quod interest. *Vid. Groenew. & Gudel. Alleg. loc. Duaren. ad h. t. Struv. h. §. 60.* ibique *Menoeh. & Cujac. Jus Wurtemb. p. l. t. 9.* At calumniatori poenam infligere ultra id, quod interest, omnino licet. *Struv. d. l. Jur. Wurtemb. d. l.* Quin criminaliter quoque calumniatorem conveniri posse recte monet *Laut. h. inf.*

QV. II. *An condicō ob turpem causam concurrat cum actione de calunnia elective an cumulative?*

Laut. p. 74. verb. Et haec non tollit illam. RESP. Si prius condicione agitur, haec non tollit actionem de calunnia in totum, sed quatenus haec penalitatis est (scil. quoad triplum, *l. i. l. 5. §. 1. h. t.*) adhuc intentari potest, quia res & poena in vicem se non consumunt. *l. 34. §. f. O. A. l. 2. pr. priv. del.*

Si



Si e contrario actor prius egit actione de calumnia in triplum *L. i. h. t.* non amplius agere condicione poterit, quia priori actione non tantum pœnam, sed & rem consecutus est. *L. 5. §. i. h.* Adeoque eandem rem alia actione consequi nequit: cum duæ rei persecutoriae nunquam concurrant. *d. l. 34. §. i. L. 41. §. i. O. A.* Hinc jam non

OBST. L. 5. h. ibi: puto alterutram sufficere.

RESP. Loquitur de rei persecutione, nam quantum rei persecutio-
nem attinet, alterutra sufficit, & alia quæstio est, quando alterutra
rei persecutionem consecutus est, an adhuc altera agi possit? & tum
nostra dissinctio valebit: Neque ea quæstio deciditur in *d. §. i.* Vid.
omnino *Struv. h. §. 60.*

OBJ. L. 7. pr. inf. h. ubi & condicō datur & actio in quadruplum.

RESP. Imo sola actio in quadruplum ibi datur ei, qui calumniam
passus est, condicō autem datur alii, qui aliquid dedit, ne mihi ne-
gotium faceat, adeoque hoc casu quadruplum illud est mera pœna;
hodie vero quadruplum cessare dictum est ad *q. i.*

LIB. IV. TIT. I.

DE

IN INTEGRVM RESTITV- TIONE.

*Qv. I. An restitutions ex L. 2. C. rescind. vend. L. 31. de
Jurej. & L. 33. de re jud. sint ex jure civili?*

NEG. Sed omnes restitutions sunt ex jure prætorio: Nam (1) *Dissent.*
restitutions inventæ sunt contra juris civilis rigorem, quem *Laut. p.*
prætor ex æquitate naturali mitigabat: *I. i. ff. restit. in integr.* & *I. 74. verb.*
3. l. 5. Eod. (1) Contradicō eset negotium jure civili validum esse, *rūm vel*
& eodem jure civili rescindi; sed prætoris hoc officium est: *dd. II. civilis.*
Idque (3) evidenter quoque probatur inde, quod jam ante dictam
l. 2. enormis lāsio iusta restitutions causa fuerit, l. 54. Contr. emt.
l. 12. §. i. Jur. dot. Adeoque ea non demum ab Imperatoribus in
d. l. 2. noviter introducta, sed olim jam in genere recepta, & per
dictos Imperatores exposita, confirmata, & ad certum lāsionis mo-
dum redacta fuit. B. Par. Disp. de Remed. Leg. 2. th. 15. & Disp. de
Rem. l. 3. C. Comm. Utr. jud. S. i. th. 5. & 6. Idem quoque (4) de restitu-
tions.

